

## De quadam alia distinctione articulorum fidei.

**H**ec et alia distinctio quorundam modernorum, q̄ symbolū in qua tuorū deci dividunt articulos. **Q**uidū enim primū et tertium et quācum artículos supra positos, quilibet in duos, nonū vero et decimū redigunt in unū, prout videtur distinguere symbolū nycenum qd̄ cantat in missa. **E**t sicut hanc distinctionē ponuntur septē articuli p̄tinētes ad diuinitatem, et alijs septē p̄tinētes ad humaniatatem, sic sc̄z Nam symbolū aut est de deitate, aut de humanitate.

## De septē articulis

p̄tinētibus ad deitatē. **E**t prius de primo. **S**i autē est de deitate, tūc primus articulus est unū deū tantū esse. **E**t est iste. **C**redo in deū. Secundus articulus est patrē esse unū deū creatorē omnium. **E**t est iste. **P**atrē omnipotentē, creatorē celi et terre. **E**t ut supra tactū est isti duo articuli sicut assignatōem precedentē nō sunt nisi unū articulus. **T**ertius articulū est filiū ei⁹ unū cum esse unū deū sibi equalē. **E**t est iste. **E**t in Iesum Christum filiū ei⁹ unicū dñm nostrum. **Q**uartus articulus est spiritū sanctū esse unū deū ab utroq; p̄cedentē. **E**t est iste. **C**redo in spiritū sanctū. **Q**uintus articulū est deū p̄ctā dimittere his q̄ sunt in ecclesia et habet cōionem ecclesie et nō alijs. **E**t est iste. **S**ancta eccliam catholicā, sanctoq; cōionez, remissionē peccatorū. **E**t sic ut supra tactū est cōiungūt isti duo articuli in unū sc̄z non⁹ et decim⁹. **S**extus articulū est deū suscitaturum mortuos. **E**t est iste. **L**aris resurrectōez. **S**eptimus articulū est deū esse remuneratōre bonorū. **E**t est iste. **V**ita eternā. **S**ub quo etiam cōprehendit deū esse punitorē malorum.

## De septē articulis

p̄tinētibus ad humaniatatem. **S**i autē symbolū sit de humanitate, tūc articulus primus est q̄ ipsi cōceptus est de spūlā sancto. **E**t est iste. **N**isi cōceptus est de spūlā sancto. **S**ecundus articulus est filiū dei natūz esse de virginē Maria. **E**t est iste. **N**atus et maria virgine. **E**t ut supra tactū est isti duo articuli sicut assignatōem p̄cedentem

nō sunt nisi unū articulū. **T**ertiū articulus est filiū dei esse passum crucifixum mortuū et sepultū. **E**t est iste. **P**assus sub pontio pilato, crucifixus, mortuus et sepultus. **Q**uartus articulū est filiū dei descendens ad inferos. **E**t est iste. **D**escendit ad inferna. **Q**uitus articulū est filiū dei resurrexis a mortuis. **E**t ē iste. **T**ertia die resurrexit a mortuis. **S**extus articulū est filiū dei ascendens ad celos sedereq; ad dexterā patris. **E**t est iste. **A**scendit ad celos sedet ad dexterā dei patris omnipotētis. **S**eptimus articulū est filiū dei iudicaturū bonos et malos. **E**t est iste. **I**nde venit ursus est iudicare viuos et mortuos.

**E**xplīcī tractatus primū huius libelli  
qui est de expositōe articulorum fidei

## Incipit tractatus sc̄d̄ de decē p̄cept̄ legis et eoz expositōe

**O**rcā tracta  
tum de p̄cept̄ legis summatim tangēda sunt, qd̄ est p̄ceptum. Qualiter p̄cepta distinguitur. Expositio p̄ceptorū. De numero et sufficientia p̄ceptorū. Qualiter in ipsis p̄ceptis septē capitalia, p̄inde alia p̄ctā prohibeātur

## De diffinitōe p̄cepti et eius expositione.

**D**iffinitautē p̄ceptū ab aliq; bus sic. **P**receptū est impium obligas ad obseruatōem rei vltimatis impati. Extrahit radicā liter hec diffinitio a diffinitōe p̄cepti quā dat augu. libro de virginitate dicens. **P**receptū est, cui nō obediē peccatum est. **D**icit̄ in dicta diffinitōe obligas ad obseruatōem ad drām cōsiliū, qd̄ p̄ se nūq̄ obligat, ut dicit augu. q̄uis per accidē id quod consilif videat obligare, ut pote si in casu p̄ceptū nō possit impleri nisi fiat cōsiliū, ut si nō possim sustēcare parentes, s. patrē et matrē, nisi vendā omnia tunc tenerer oī et vendere. **Q**uod quidē de se cōsiliū, nec obligat nisi in casu p̄ accidē ut exemplificatū est. **E**t si obiectatur q̄ similē obligat votū ad obseruatōem, et sic

# Compendiū theologie

conuenit ei precepti diffinitio. Responde  
Aliquid vovere est tam cōsiliū nec quēq; obliqat nullus enī contra suā voluntatē obliqat ad vovendū sed qui voverit obliqat necessario ad reddēdum. Et hoc iō est quia reddere votū est precepti sed vovere est consiliū.

## De varia distinctione variaq; assignatiōe preceptorum in tabulis legis

**D**istinctio autē ponit varia p̄ceptoꝝ Joseph⁹ enī dicit qnq; mandata esse scripta in vna tabula ⁊ qnq; in alia Orig. autē ponit quatuor in vna ⁊ sex in alia Augu. aut ponit tria in vna ⁊ septē in alia ⁊ ipso te tria que pertinet ad deū in p̄ma tabula ⁊ septē que pertinent ad p̄mū in secunda. At hūc modum augustinī seq̄tūr cōmūnis opinio. Qd̄ enī augu. ponit tria esse in vna tabula ⁊ septē in alia. hoc magis di cere videꝝ pro dignitate q̄s p̄ scripture eo q̄ tria pertinet ad dilectōeꝝ dei ⁊ septem ad dilectōem proximi. Unde si cōsiderētur ipse tabule ⁊ eaꝝ scripture in se sicut cōsiderant hebrei ⁊ iosephus. sic vtraq; tabula cōtinebat quinq; mandata seu p̄cepta. Si autē consideren̄ fm̄ respectū ⁊ relationē eoz ad que dicta mādata ordinabāt cum tria ordinētur ad deū ⁊ septē ad p̄mū poterit tali fine p̄siderato dīci tria esse in vna ⁊ septē in alia.

## Expositio preceptorum legis Et primo p̄mī.

**D**unc aut accedēdū est ad expōsitōꝝ singuloꝝ p̄ceptoꝝ. Et cū lex p̄ceptoꝝ posita sit. ppter trāsgressiōes cohibēdas (vt p̄ ad Gal. iii. ⁊ tripl̄ transgressio fiat. sc̄ corde ore ⁊ ope. ⁊ hoc qđem tā quo ad deū. q̄ eriā quo ad p̄mū. vt p̄fecta sit cohibitiō trāsgressionis. p̄fecta ponit lex. p̄hibitioñis ⁊ sic mandatorū seu p̄ceptoꝝ subseq̄tūr iniūctio. Et primo qđtū ad deū. p̄ bibz primū p̄ceptū cor ab idolatria. vt deus sc̄ diligatur toto corde. Et enī de colendo deo. Et colere deū (vt dicit glosa) est sese toto mētis affectu illi mancipare. Et est istud. Non habebis deos alienos corā me. Quasi dicat De hebis deū. nō alienū. Exponēs qđ dixit deos subdit

'Non facies tibi sculptile. sc̄. imaginē sculptā. quod vocat aug⁹ idoli. neq; similitudinē oīm q̄ in celo sunt desup̄ et que in terra deorsum. ⁊ cōque exposito est verbi p̄cedētis. Vel fm̄ Orig. sculptile siue idoli est qđ nō habet similitudinē in natura sicut cymera. Similitudo autē est eoz q̄ aliquaz h̄nt in natura similitudinē. vt imago homis vel bouis ad v̄z hominē vel ad v̄z bouem. qđ videtur per hoc qđ seq̄tūr que in celo desup̄ ⁊ que in terra deorsum. Ex hoc videtur q̄ phibēatur imagines que ad literā sculptilia sunt. q̄ sculptūr. Sed r̄ndetur q̄ an̄ incarnatōnem quādo data fuit hec lex. nulla in ligno vel i lapide sculpi potuit incorpalis dei imago. q̄ imago spūs singi non potest. Et ppterēa ante incarnationē reprobande erant imagines. Sed q̄ hoc fieri potuit post incarnationē filiū dei. ppter h̄ extūc fieri concedūtur ⁊ ab ipso quidē q̄ legem tulit ⁊ disp̄elare potuit scilicet xp̄o. Vñ resert damas. q̄ xp̄s ab agaro regi misit in pāno imaginē suam. eo q̄ pictor ab eodē rege missus. ad depingendū imaginē xp̄i. nō poterat rūltū eius pre claritate intueri. vt eius singula lineamenta et membra ppter describeret. Sed q̄ hec mīsio nihil omnino apō vñ populu īdeum valeret quoniā nostras imagines reprehendūt. ideo aliter dici potest. q̄ non simplicit prohibētur oīno fieri imagines. Unde beda. Imagines fieri nulla litera diuina retuit. h̄az etenī aspectus multū cōpunctōnis solet p̄stare cōtūctib⁹. ⁊ eis qui l̄ras ignorāt quasi viuā de xp̄i passio ne exhibēt recordatōem. Salomon enim instinctu dīno eas fecit in tēplo dei. Sed oīno prohibētur fieri ad hūc videlicet finem ⁊ adorētur ⁊ colātur. Unde seq̄tūr Neq; adores neq; colas ea. Ad adorādū igitur colendū phibētur imagines fieri. Nos autē nō adoramus imagines. sed refertur honor ⁊ adoratō ad imaginātū. sc̄ ad deū vel ad sanctū eius cui est imago. vt dicit augu. lib. iii. de doctrina xp̄iana. Seq̄tūr. Nō adorabis neq; coles. In quē sic distingue. Non adorabis sc̄; vne ratōne corporis. vt inclinādo eis vel genuflectendo. Neq; coles sc̄; affectōne mētis. Unde glosa. Aliid est colere aliid est adorare. Noteſt quis iniūtus vel adulādo regibus idolatrīs ⁊ vel to; mētis vīctus/ado-

rare. cum tamē sciat idolum nihil esse. et sic nulla mētis affectiō ad idolum moueri. et p̄ cōsequens nec colere. **L**olere enī est toto/mētis affectu et studio mācipari. **S**e quis. Ego enī discretiū dicit. quasi dicat. Ego no alius. **S**um dñs/ et iō timēdus. Deus tu⁹ et ideo diligēdus. Fortis zelotes. i. diligēs amaror. **A**n deit. v. **D**e⁹ tu⁹ deus emulator visitas. s. puniendo iniq̄ tates patrū scilicet non custodiētium precepta data in filios. i. puniēs etiā ipos filios. si patres ista nō custodierint. **S**unt unifēti quādoq̄ filij p̄ peccato p̄tis tem paliter nō eternalit. **E**t sic intellige illud. **E**zech. xvii. Filius nō portabit iniq̄tati patris etiā sc̄z eternalit. **V**el visitas peccata patrū in filios etiā eternalit. Non at quia sunt peccata patrū. sed qz sunt pctā filioꝝ imitatiū peccata patrū. **A**lsq̄ in ter tiam et quartā generatiōem. **H**oc dicit. qz quādoq̄ solent patres in tertia et quartā generatiōem viuere. et plerūq̄ filioꝝ vel nepotū suoꝝ molestius ferre cruciatus qz propos. **F**oz qui oderūt me. i. pctōrum et maloꝝ. **E**t cōtra facies miā in multa milia. i. in oēs. **E**t ponit ibi finitū nume rū pro infinito. **D**iligētibus me et custo dientib⁹ precepta mea. **I**ste terminus. et ponit ibi expositiū p̄ id est custodiētib⁹. **N**isi enī diliḡt dei/ precepta eius seruat. **V**nde Joh. xiiii. Si qz diliḡt me sermo nē meū seruabit. **S**ed queris qualis isto posse dici primū preceptū. cū dilec. ō dei dicas primū mandatū. **D**ath. xxv. **H**oc est (loquēs de dilectōe dei) primū et maxi mū mandatū. **R**espondeſ q̄ illū mandatū de dilectōe dei idē est cū hoc p̄tio p̄cepto decalogi. **J**uber enim primū preceptum decalogi vñū deum coli et nihil ei in amo re preferri. et sic idem est. vel equipoller p̄ mo mādato. iuxta preallegatū. xxv. capi tulūm **D**ath. **V**el potest dici q̄ dilectio speciale mandatū nō est. sed radier stipes ceterorū. ad quod scilicet cetera mandata re ducuntur. **V**nde primū mandatū dicitur nō ordine sed dignitate. i. inter cetera p̄ cipū et maximū. cum oia comprehendat.

## a Expositio secundi

**S** precepti. **E**cundū preceptū cohibz os a piurio. a blasphemia. a mendacō test istud. Non assumes in va

nū nomen dei tui. s. false vel superflue. vel dolose p̄ nomē dei iurādo. vel mētiendo. vel ipsum nomē blasphemando. vel pueris de deo sentiēdo. **E**t si obīciaſ q̄ fm istā expositōem/istud prinet ad quintū precep tū secundetabule. s. ad illud. Non lo quaris p̄tra proximū tuū falso sum testimoniū. vbi agit de piurio: **D**ic q̄ iurādo fal sum. dupl̄r peccat. **P**rimo. s. cōtra p̄tīmū sum. enī decipiēdo. et isto mō et p̄te ver bī quod ordinatū est ad. p̄tīmū. et quo ad hoc cadit sub dicto quinto mādato seu p̄ cepto secundetabule. **I**tem secūdo peccat. inuocando ad cōfirmatōem falsitatis vel deceptiōis/ testē diuīnā vītātē. et isto mō peccat i dei. et quo ad hoc habet sub isto secūdo mandato seu p̄cepto p̄metabule. sc̄z in isto loco. **N**ec enī habebit dñs ho minē insontē. i. innocentē sc̄z quin apud dei nocētis penas exoluat. s. qui assum pserit nomē dei frustra. **V**nde deutero. v. Non usurpabis nomē dei frustra. qz nō erit impunit⁹ qui sup re vana nomē dei assumpserit. **V**el nō habebit dñs insontē id est innocentē. hoc est a culpa immunē cum q̄ assumpserit nomē dei frustra. qz vt habet eccliaſt. xxv. **V**ir multū iurans replebit iniq̄tate et non discedit a domo ei⁹ plaga. **S**ed qd diceſ de istis magnatiſ et secularib⁹ q̄ cōsuetudinē hñt iuran di. nūqđ trāſgrediūtur istō preceptū seu mandatū et peccat mortalit. **A**liq̄ rñdent distinguedo. dicētoſ q̄ piuriū multiplici ter dr. s. indiscreta iuratio. vt pote quādo qz inutilr iurat verū. vel qñ sine delibe ratōe iurat. et tūc nō credunt esse mortale peccatū. **N**ā tunc fit p̄ter preceptū. sed nō contra p̄ceptū. nisi forsan nimia etēt assue factio. **A**lio modo sumiſ piuriū. vbi vel quādo qz iurat cū deliberatōne illud qđ iuramēto nō esset aſſerendū. imo nec sim plicit dicēdū seu loqndū. sed poti⁹ oppo sitū. et tūc credit̄ esse mortale peccatū. **E**li⁹ distinguit̄ dicētes. q̄ piuriū multiplici dr. **O**no modo falsa iuratio. q̄ si fiat et igno rantia/ adhibita tamē p̄tis diligētia debita. nō est peccatū. **S**ed si fiat nō adhibita diligētia debita. peccatū quidē est sed ve niale. **S**i aut̄ falsa iuratio fiat sciēter. vt pote cū mendaciū iuramēto cōfirmatur. tūc nisi tantū iocando fieret. semp̄ est pec catū mortale. **E**lio modo dicēt piuriū trāſgressio iuramēti ī facti. qđ si fuit lici

L 2

# Compendiū theologie

tum. Semp est ipsa trāsgressio mortale peccatū. Si vero illicitū. trāsgressio illi⁹ nō est peccatū. sed illud illicitū sc̄iēter iurasse fuit peccatū. Tertio modo dicit⁹ per iuriū indiscretū iuramentū. qđ ponūt (nisi alia aggraugaret circumstantia) veniale peccatū.

**I**te nomē dei patris/est filius. qz ipm patrē notificat⁹. Homē ergo dei in vanum assumit qui ipm p̄m purā creaturam ponit seu afferit. qz sic ponit ipm esse vanū vel vanitatē. **Vñ ad rhoma. viii.** Vanitati subiecta est oīs creatura. Sed cum tps veritas sit. vñ Jo. xiiii. Ego sum via veritas et vita. nullaten⁹ poterit esse vanitas. et sic nec pura creatura. Quid ergo absurdius qz illā firmissimā veritatē ponere vanitatem. et illud verbū virtuosum sustētans oīa ut habet ad heb. i. ponere vanūt sustētātū.

**D**eniqz tertio modo nomē dei assumit ille in vanū qz nomē xp̄i. vñ d̄r xp̄ianus. p̄ peccatū vanū reddit et mortuū. Homē qz sup̄ hoīes scriptū et vivant ipi iuxta qđ loq̄t⁹ tps apocal. iii. Et scribā sup̄ eum nomē dei mei et nomē ciuitatis dei mei noue hierlm̄. que descendit de celo a deo meo. et nomen meū nouum

## Expositō tertii precepti

**T**ertiū p̄ceptū p̄tinēs (cepti ad deū/cohibēs transgressionē in ope est) **H**ec mēnto vt diē sabbati sanctifices. i. sanctū et seriatum habeas. cessando ab omni ope seruili. **U**bi nota. qz in qzī sabbatū desiḡt quietē interiorē a prauis affectiōibus/et exteriorē ab oībus seruilib⁹. p̄ter illi⁹ diei determinatōem/ morale est hoc p̄ceptū et scriptum in corde hūano. sicut alia decalogi mandata seu p̄cepta. **N**atura enī dicat esse vacandū aliqñ quieti. et orōni. et diuine laudi. **S**ed qz tali die. s. sabbato. et a talib⁹ rebus grossiorib⁹ abstinere/nō dicat cōscia. sed sola exterior iussio diuina ostium ad hoc fuit ceremoniale hoc mādatum. et soluendū. i. solui poterat. **L**irea qđ est aduertendū. qz in dñica resurrectōnis dñice/ex statuto ecclesie mutatum est sabbatū in dñicam/ ne videremur iudaīsare. Quia ex quo veritas luxit. trāslyt leḡ ymbra. et hoc quo ad ceremonialia. **E**t si queraſ quare alie iudoy festiuitates nō p̄cipieban̄ in decalogo. **D**ic qz cetere eo/rum festiuitates/fuerūt tantū ceremonia-

les. nec ab oībus sunt obseruāde. hoc aut̄ p̄ceptū magis morale est qz ceremonia le/ iō in decalogo ad quē oēs tenent⁹ semp̄ precipiendū erat. **S**equitur deinceps. v. vñ suī hoc p̄ceptū. **S**er enī dieb⁹ facies opera tua. septimo aut̄ die qz est dies sabbati nō facies in ea quicqz opis. **E**t subdit rōem p̄cepti. **S**er enī dieb⁹ fecit de⁹ celū et terrā. vt pat̄z **B**en̄. i. et requieuit die septimo. non quasi lassus. **S**ed ponit ibi requieuit p̄cessauit. sicut d̄r apoc. iii. **R**eq̄em nō hñt die ac nocte dicēta sanctus st̄tus. et c. i. dicere nō cessabat. Ita sumit in dicto passu requieuit p̄cessauit. **A**bil enī v̄lterius fecit nouū cui⁹ nō fecerit prius materiā vtpote corpaliū. vel similitudinē. vtpote spiri tualiū. **O**patur tñ adhuc quotidie crea ta gubernādo. vt d̄r Joh. v. Pater meus usqz modo operat et ego operor. **L**irea qđ dicit augu. lib. iiiij. sup̄ **B**en̄. **S**ic requieuit vt nouā creaturā v̄lterius cōderet nullā. nō vt que cōdiderat cōtinere et gubernare cessare. **A**ct bñdixit diei septimo. qz est dñs sabbati. et pro id est sanctificauit eū. i. sanctū et celebrē eum h̄ie voluit. vt scilicet nō fieret opus servile in eo. et sic nō inter dicit opus charitatis. nec necessitatis. **Vñ** pat̄z qz poterūt ethiberi eccl̄iaistica sacra mēta. sicut enī poterāt circūcidere sabbato. et nos etiam die dñica sacramēta possimus exhibere. et opa charitatis. vt elemosinas. et opa necessitatis exercere. vt bibe recomedere.

## Expositio quarti

**Q**uicquid ad deū tria ponūt p̄cepta. Quantū autē ad primū ponūt septe sequētia. quo rū vñ est affirmatiū/ et sex sunt negatiua. **A**ffirmatiū autē et quartū in ordine principali. sed primū in his qz respiciunt proximū est illud. **H**onora patrem tuū et matrē tuam. **P**er qđ mādatū natura qz corrupta est/ ad ordinem naturalem re uocat. Nec fuit necesse h̄moi p̄ceptū dari parētibus respectu suoz filioz. Crescēte enī virtute in filijs/ decrescit virt⁹ in parentib⁹ fm naturā. et deficiēti virtuti/ debet iuste subsidiū. **Vñ** quia minorat vir tus seu vigor in pentib⁹/ et augēt in filijs datur p̄ceptū vt filiū subueniat parentib⁹. **N**ec fuit necesse dare h̄moi p̄ceptū pentib⁹ de filijs/ qz quis p̄io ipsi filiū fuerit im-

potentes. qz natura eriam corrupta ad id cogit. eo qz naturalis succus ascedit a radice ad ramos et non conuerso. Et Crisost. **D**oc est amor in hominibus? qd est humor in arboribus. Ait ergo. Honora patrem tuum duplice. s. honore. et reuerendo. et necessaria pibendo. Patrem tam spualem qz carnale. Intelligit etiam de patre deo qz potissimum est honoratus. **V**nus malus. I. filius honorat patrem et seru dnm. Si ergo p ego sum ubi est honor me? Et matrem tuam carnale. necno et spualem. s. eccliam. De q ad Sal. iij. Illa autem que sursum est huiuslibera est. q est mater nostra. Noie etiam patris et mris oes. primi intelliguntur. ut dicit angelus. **V**nus enim ipm oia vendeda sunt et dando paupib in extrema necessitate. qd si non fit transgredif istud mandatum. Si ergo noie patris et mris ois. primus intelligitur et nobilissimum inter proximos ponit proibus. s. pitem et matrem. clara est q illis principiis honor debet et subsidium. **C**et ut si fimus obserue adhuc hoc preceptum. subiungit premium dicere. ut sis logeu sup terram. **N**on eccl. iij. Qui honorificat patrem et matrem. vita viuet longiore. Justus enim est ut q alterius vita sustentat. vita illius ploratur. Sup terram inquit scz tam morientium qz viuentium. eo q pietas ad oia utilis est. pmissio ne bene vite q nunc est et future. i. ad thi. iij.

## Expositio quinti

**Q**uintu autem preceptum. preceptum. pti principale. et secundum in ordine eo qz respiciunt pti et pri mū negatiū est istud. Non occides. **U**bi picipit qz non ledas proximus in sua persona. **N**on occides igit supple hoiez tui pti videlicet. vel aliu. et dupl. videlicet anima vel corpore. **S**ed contrarium huic pcepto videbatur exo. xxii. **E**t maleficos non patieris vniere. In quo ipso picipit dominus fieri occisione hic vero prohibet. vñ contraria sibi pti videbatur in legislatioe. **G**z ad hoc dicunt qz psone priuata q nullā habet iurisdictioem vel autoritatē hic prohibet occidere legi. autem vel ministro iusticie picipit occidere. **I**tro. xxii. **E**t sic non est contrarietas. qz non est circa idē seu respectu eiusdem. **G**z nūquid aliquo modo priuata psone licet absqz transgressione occidere. Videbatur sic ad min in sui defensiōe. hoc ei iura pmittunt scz iniuriā ppulsare et tigate vim vi repelle

re. **T**e ex ordine charitatis debet eo potius subuenire vite prie. qz vite aliena. Unde volentē me pimere/potius occidere debet qz pmittere me occidi. **S**ed contra hoc videbatur esse illud math. v. **S**i qz te pcesserit in una matilla/prebe ei et alia. **E**t iō dicit quidā qz nullo modo licet occidere etiam defendendo/matri autē viro pfecto. **E**t hec videbatur esse opinio anselmi. **A**ec fm eos debet opinari qz me occiditur sit; si eu non occidero. sed qz deo prestabit mihi auxiliū/vel euasionis aut fugae beneficiū. Alij volunt qz in sua defensione liceat occidere. eo qz lex occidere iubedo vel saltē pmitto/talem defendant se in dicto casu iudicē constituit in aduersariū. **V**nus ipm vice legi interficit. vñ lex prebedo autoritatē/ercent a pco. **D**oc tñ intellige. si necessitas ē incurabilis. qm si te pcesserit aduersarius et fugerit vel pcutere destiterit/ eū repudieret ad ppulsatōem iniurie. sed ad ultionē. qz spectat ad solū iudicē. **C**trident isti ad illud math. v. **S**i qz te pcesserit in una matilla. z. qz illud continet consilium non pce pti. **E**t nota hic qz homicidiū multis modis fieri dicitur. **S**it enim qnqz sola mente podiū fraternū. **V**nus Joh. eppla. i. ca. iij. Qui odit fratre suū homicida est. **T**e prauum exemplū relinquendo. **V**nus enim dicit gregorius. mortibus digni sunt. qz prauitatis exempla reliquerunt. **T**e lingua et hoc tripliciter vel scz et tra legē quenqz morti adiudicando. **V**nus. h. reg. xij. dicit daniel v. riā pcessisse gladio qz morti doloset iniuste adiudicavit. **T**e mentiēdo. **V**nus sapiens. i. Os qd mentit occidit aliam. **T**e cuiqz detrahedo. vñ dicit bernardus. qz detractor uno ictu tres animas interficit. suā. s. et illi⁹ quē sua detractōe inficit. et illius de quo detrahit. qz sibi forsitan ptiudicium mortis vel danni irrepabilis sua detractōe parat et acqrit. **T**e fit homicidiū manu qlicqz scilicet pemptōe exteriori. siue p gladiū. siue per venenū. siue p aliā penā. **T**e fit homicidiū p subtractōe vicius. scz corporis. **V**nus Ambrosius. Pasce fame moriente. qz si non pscis occidis. **S**iue vicius subtractōe id ē verbī dei. **U**nde Ezech. iij. **S**iloquente me ad impiū. z. Non annūciaueris ei et in tua uertute a via sua impia z. et ipse impius iniquitate sua moriat. sanguinem eius de manu tua reqram. **U**nde versus. Exemplū

# Compendiū theologie

mens.lingua.manus.subtractio victus.  
Corpis et aie.dici faciunt homicidam

## Exposito septi precepti

**E**xistit preceptum in oratione principali et tertium eius quod respiciunt primum est istud. Non mechaberis. *Ubi precipit ut non ledatur primus in resibi iuncta p legem. scilicet in uxore.* Et accipit hic sub nomine mechiae omnis illicitus concubitus et concupiscentia fornicari. quis mechiae magis propter adulterium dicat. *Pechos ei grece adulterium dicitur latine.* Et ad hanc reduci per fornicatio spiritualis sicut idolatria. *De qua Iere. iii. Dechata est cum lapide et ligno.* Potest etiam ad hanc reduci expositio pravae sacre scripture. *Vii. ii. ad Corin. ii. Non sumus sicut plurimi adulterates verbum dei.* *Unum* hic nota quod fornicatio est mortale peccatum. *Vide tamen Protrarium eo quod actus naturalis.* Actus naturalis non est peccatum. *Insuper* cum coire sit necessarium ad seruandum speciei sicut comedere ad seruandum inuidui et in necessitate ut fame liceat etiam non sua rape et comedere. quod tamen necessitatis omnia sunt bona. videlicet similiter quod in seruendo desiderio coendi posset quod non suam rapere et cum ea coire. Ad quod dicitur quod actus fornicationis duplum dicitur. *Uno modo dicitur naturalis eo s. quod naturaliter fit.* Alio modo dicitur contra naturam. *Et iuxta istum secundum modum duplum adhuc dicitur contra naturam.* *Uno modo* quando fit contra naturam concubitus qui est maris cum feminam. et isto modo potest dici actus innaturalis. quia contra naturam commixtum. Alio modo dicitur contra naturam. quod scilicet naturam in suis naturalibus vulnerat et spoliat gratuitate. scilicet bono genere et virtutis. *Et isto ultimo modo omnis fornicatio est contra naturam sicut omne peccatum mortale.* *Corruvit enim naturalia et destruit omnia gratuitate.* *Et quod isti sunt effectus mortalis peccati.* propter hoc patitur fornicatione esse peccatum mortale. *Et sic post solutionem argumenti quod licet fornicatio sit actus naturalis.* quod scilicet naturaliter fit. est tamen innaturalis quod naturam corrumpit. *Nec sequitur quod sit actus naturalis quod naturaliter fit.* quod propterea non sit peccatum. ubi non debito modo fit. *Et intellige quod coitus qui de se naturalis est post contractam per peccatum primi parentis concupiscentia est sicut cibus veneno*

iuncrus. quod quis de se naturalis sit. tamen propter veneni admixtorem interficit. nisi beneficio tyriace comedenti subueniat. *Parimodo etiam concupiscentia carnalis inordinata interficit.* nisi beneficio matrimonij et honestate nuptiarum intercipiat. *Nec est simile de extrema necessitate famis et desiderio seruandi coitus.* quod si in necessitate famis non subueniat per alienum esuriendi piret individualium. *Non sic autem piret species generis humani si non satissimat per consumum alicuius cum aliena.* Nam saluat in aliis. *Etiam ipse possit aliter salvare scilicet cognoscendo suam propriam uxorem.* Sed quare ponuntur duo precepta circa prohibitionem illius citi coitus. *s. Non mechaberis et non concupiscas uxorem proximi tui.* cum unum sub alio possit subintelligi. *Et similiter de ipsis duabus.* *Non furtu facies et non concupiscas rem proximi tui.* cum omnes qui furantur proximi concupiscant et sic possit primum contineri sub secundo. *Angusti soluit quod in duobus preceptis.* s. non mechandis et non furandi omnia opera interdicta sunt. in aliis autem duobus interdictis ipsa omnis concupiscentia. *Et quia utrobique est peccatum utrobique est mandatum prohibitorum.* *Nec similiter fit prohibitio de voluntate occidendi sed tamen de actu.* quod naturaliter sunt proni homines ad velle luxuriam et ad actum luxuriandi. *Similitudine ad voluntatem habendi alienum et ad actum.* sicut ad rapinam et furtum. *Et idem sunt prohibitions et data duo precepta prohibitoria.* unum cohbens ipsam voluntatem aliud cohbens ipsum actum. *Non sic autem est in occidere.* quod homo naturaliter abhorret tam voluntate occidendi quam actum. *Quilibet enim creatura suam spem amat et nescit eam seruare non destruere.* nisi cum extra se exit per furorem ire vel temere concupiscentie. *(preceptum)*

## Exposito septimi precepti

**E**xistit preceptum in ordine principali et quartum in ordine eorum quae respiciunt proximum. quo scilicet prohibetur ledi ipse proximus in rebus sibi non propter legem coniunctus sed fortuitus. et est istud. *Non furtu facies.* *Est autem furtum tractio rei alienae in uito domini animo lucrandi.* *Notandum dicit tractio quia quod furtum non facit nisi operat tractus.* *Dicit etiam rei alienae quia in re que plenissime mea est non facio furtum;*

**S**ecus aut si q̄s habeat mecum rem cōcīm  
**D**icit in iusto dñō. q̄ si credat dñm per  
 missurū / et subsit iusta causa sic credeatur  
 erā si dñs nō erat cōcessurus / nō tenetur  
 furto. **S**i autē nō subsistit iusta causa sic  
 credēti teneat furto. **E**cōtra si crederet cō  
 tractare rem dñō iusto licet etiā cōtractet  
 dñō volēte. peccat tñ mortalit̄ et furtū fa  
 cit. q̄ in peccatis cōtrahēdis et cōmitten  
 dis intētio p̄ncipaliter attendit. **D**icit etiā animo lucrādi. q̄ si q̄s ancillā ali  
 enā in meretricē rapuerit / nō lucri sed li  
 bidinis causā / furtū p̄prie non facit secus  
 autē si eā rapiat ut vēdat. **A**t nota q̄ ex  
 trema necessitate excusatur fur. q̄ p̄petan  
 te necessitatis oia sunt cōmuniā. **E**t in  
 tellige q̄ sub noīe furti intelligit p̄hibita  
 om̄is r̄surpatio illicita rei alienē animo  
 dico lucrādi. q̄līs est rapina. v̄sura. nego  
 ciatio fraudulenta et hmōi. **A**t nota q̄  
 nō dicit. Nō facies rapinā. q̄uis rapiat  
 generalius q̄s furari. Nam om̄is q̄ furat  
 rapit et non ecōuerso. Nō fecit ideo. quia  
 iudei q̄bus hmōi p̄cepta data sunt / p̄nio  
 res sunt ad furtū qđ est occultū. q̄s ad ra  
 pinā v̄bi testis adeat. **E**t ideo occurrendo  
 magis p̄iculoso / furtū in p̄hibitōe nomi  
 nauit nō rapinā. Volut tamē a p̄t totū  
 intelligi. ut pote p̄ furtū omnē rei alienē  
 r̄surpatōem. **P**er hoc etiā p̄hiberivide  
 tur nefiant violētie et nimie exactōnes et  
 tallie principū et militū in p̄plim suū. quia  
 hoc videat rapina esse. et species furti. **P**ro  
 pte qđ dīsa. i. P̄incipes tui infideles  
 socij furum. Sed circa hoc distinguit ab  
 aliqbus. q̄ aut tallie ille sūt seruos.  
 aut sup colonos terre. Si sup seruos. cū  
 nihil habeat nisi noīe dñi sui. v̄lde q̄ do  
 minus seruum suū talliare possit. et onera  
 re q̄stumicē vult. Potest tamen dñs ni  
 mis angariado seruum suū / nimis q̄s exige  
 do et opprimēdo cū ira grauiter sic cōtra  
 istō p̄ceptū faciēdo peccare. q̄ iusticia  
 dei erigit / vt v̄nusquisq̄ resua debitevta  
 tur. Non tamen vt sit rapina dicunt. nec  
 oportet de necessitatē restituere. licet pie  
 tas hoc erigat. Si autē fiat sup colonos  
 terresue inhabitates terrā / tūc taxanda  
 est illaz̄ talliaz̄ seu exactiōnū acceptatio  
 fm laborē p̄ncipis vel militis quē h̄nt  
 in defensione illius terre. quā ipsi coloni  
 sic talliati inhabitāt. et etiā fm expensas  
 quas necesse est p̄ncipi vel militi facere

fm suam moderatā et honestā familiām;  
 et si v̄ltra erigat / rapina est. et p̄ istud p̄ceptū  
 inhibetur. (p̄ceptū)

## Expositio octauī

**O**ctauī p̄ceptū in ordie p̄in  
 cipali et quintū in ordine eorū  
 que respiciunt p̄mū quo. s. phi  
 beſ quiſ cōtra p̄mū transgre  
 di ore. s. ferendo falsum testimoniu. **E**t est  
 istud. Non loq̄ris cōtra p̄mū tuūm fal  
 sum testimoniu. **I**n quo et piuriū et mē  
 daciū p̄hibenſ. q̄r vt dicit aug. lib. de mē  
 dacio. Om̄e mendaciū / hoc genere verbi  
 cōplectitur. Quisquis enī aliquid enūciat  
 p̄hibet testimoniu animo suo. vñ si men  
 titur / falsum testimoniu animo suo p̄hi  
 bet. **P**er hoc autē q̄ hic dicit contra p̄  
 mū. vt dicit aug. de questionib̄ ecodi.  
 non videt prohibere mendaciū qđ p̄dest  
 alicui et nihil obest ei cui mentiſ. **E**t argu  
 mentū q̄ est aliquid genus mendaciū qđ  
 non est mortale peccatū. illud sc̄z qđ non  
 fit cum libidine decipiendi vel nocendi.  
 Necenī om̄is intentio vel libido fallēdi.  
 efficit mortale peccatū. **P**redicat enī hoc  
 comrpleū intētio fallendi / et de mendacō  
 p̄nicioſo et de mēdacio iocoſo. et de mēda  
 cio officioſo. sed tamē p̄ prius et p̄ posteri  
 us. **E**t de se fm suam primariā intentōeſ  
 nō dicit nisi de mendacio p̄nicioſo. **A**t iō  
 solum fm se mendaciū p̄nicioſum a mul  
 tis reputat esse mortale peccatū. vt videſ  
 velle prepositiſ et magiſter Guilhelmuſ  
 antiſiodorensiſ et alij magiſtri magni de  
 creto. **G**unt autē fm augusti. octo ge  
 nera mendaciōz. quoz ſufficientiā ſic ac  
 cipe. Tria enim in genereſ ſunt mouētia  
 ad mendaciū ſcīz nocuitas. libido men  
 tiendi. v̄tilitaſ. **S**i autē nocuitas ſit  
 in cauſa hoc est ſi quis mentiaſ vt noceat  
 Aut ergo intendit inſerre alicui nocumē  
 tum ſpūs vt. ſ. ſubuerta a fide catbólica/  
 aut a regulis bonoꝝ moꝝ. vt ſunt qui di  
 cunt xp̄m non incarnatū. vel luxuriā nō  
 eſſe peccatū mortale et hmōi. **E**t tūc eſt p̄t  
 mus modus ſeu p̄mū genus mendaciū  
 ſcīz mētiri in doctrina pietatis et religio  
 niſ. et hoc eſt mortale peccatū. Aut intendit  
 nocumētū totius homiſ. quod p̄tin  
 git duplicit̄. ſ. vel intendēdo nocere vñ  
 uerſaliſ et totaliter. et fm genus qđ om̄ib⁹  
 nocet et nulli p̄deit. vt q̄ mēdaciē pſeq̄tur

# Compendiū theologie

hominē ad mortē. **E**t est scđs modus seu scđm genus mendacij. **E**t istud est p̄c̄m mortale. Aut intendēdo nocere p̄ticulari ter et f̄m genus qđ alicui nocet et alicui p̄dest. **E**t est mendaciū mercator̄ et calunia tor̄. **E**t est tert̄ modus seu tertū genus mendacij. et istud similēr̄ est p̄c̄m mortale. **E**t vocaſ qđlibet istor̄ triū genēr̄ mēda ciū p̄nicioſum. **G**i autē libido mentien di sit in causa. hoc est si qđs mentiaſ ex ſola libidine tūc aut mouef̄m ex affectiōe et intēriōe mentiēdi. et non ppter aliō. **E**t est quart̄ modus seu quartū genus mendacij. qđ vocaſ mendaciū libidinosum. et ponit mortale p̄c̄m. Aut mouef̄ ex inten tionemouendi auditorē ad cōplacentiā vel r̄f̄sum. **E**t est q̄ntus modus seu q̄ntū genus mēdacij qđ vocaſ mendaciū ioco ſum. qđ ponitur ut cōius veniale peccatū. **A**ut utilitas aliq̄ est in cauſa. hoc ē ſi qđs mentiaſ et ſibi vel alteri proſit. **E**t tūc aut utilitas illa p̄ſiſtit in bonis fortune que perdi p̄nt. ut ſi quis mentiaſ ne p̄rapto res ſuā pecuniā amittat. **E**t eſt ſextus mo dus seu ſextum genus mendacij. Aut illa utilitas p̄ſiſtit in bonis corporis. ut cū qđs mentiaſ pro ſalviādo vitā homis. ut ſi ho mo querāt pro eū occidendo aut ad mor tem ducedo. et mentiēdo dicat ſe non vi diſſe vel nescire vbi ſit. **E**t eſt septim̄ mo dus seu ſeptim̄ genus. Aut illa utilitas p̄ſiſtit in bonis anime/que tamē ſic ſunt in anima et quodāmodo etiā habeāt eſſe in corpe. et cum quis mentiaſ pro ſua aut al terius pudicitia vel virginitate ſeruanda. **E**t eſt octauus mod̄ ſeu octauū gen̄ mē dacij. f̄m debitā assignatiōem augustinī. **E**t vocaſ quodlibet istor̄ triū vltimorū genēr̄ mendacium officiosum. et deſe po nūtur eſſe peccata venialia.

## De triplici genere

mendacij. **I**n ſumma nota qđ in gene re eſt triplex mendaciū. s. p̄nicioſum libi dinosum officiosum. **P**rimū. s. p̄nicio ſum cōtinet ſub ſe tria prima genera ſup̄ poſita et declarata. **E**t eſt ſemper mortale p̄c̄m. **S**cđm ſeſz libidinosum cōtinet ſub ſe quartū genus ſup̄a poſitū et de claratū quod ponit mortale. **E**t quintū qđ dicit iocoum et ab oībus ponit veniale. **T**ertiū. s. officiosuz p̄tinet ſub ſe ſextū ſeptimū et octauū genera etiā ſup̄a poſi

ta et declarata. **E**t eſt ſemp̄ veniale. niſi ex accidenti efficeretur mortale.

## Expositio noni et decimi preceptorum legis.

**D**ecimū et decimū mandata in or dine p̄incipali et ſeptimū et ſeptimū in ordine eoz que respiciunt p̄imū. eo qđ diuerso modo ordinātur f̄m ordinē textus exodi et deu teronomij ſimul p̄ractent. in quibus p̄hibet trāſgressio in corde cōtra p̄timum. **F**it autē transgressio in corde dupliciter videlicet q̄tum ad cōcupiſcentiā carnis. cōtra quā ponitur nonū mandatum qđ eſt. **N**on desiderabis vtoz p̄imū tui. **Q**uod ponit nonū preceptū f̄m magiſtr̄ in liba ſententiay et f̄m aug. et ſcđm libz deu tro nomij. licet aliter ordinet in exodo. Item fit transgressio contra p̄imū in corde q̄tū ad cōcupiſcentiā oculoz. cōtra quā po nitur decimū mandatum. quod eſt. **N**on cō cupiſces domū p̄otimi tui. qđ ponit in exodo nonū. **I**n quib⁹ notandum qđ prohibet ſpeciali mādato cōcupiſcentia carnis et cōcupiſcentia oculoz. potiusq̄ cōcupiſcentia aliorum malorū actuū. qđ iſte due cōcupiſcentie h̄nt delectatiōes ſuas etiā ante opus. et nō tūm coniūctas op̄i ut dicit auguſt. **E**t cum hoc etiā habet in openocimentiū p̄otimi. qđ nō ſic eſt in cōcupiſcentiis alioz actuū. **E**t ideo propter iſtā turpititudinē iſta ſcđm cōcupiſcentia rum. que ſic ſunt ante opus/reprimenda ſunt iſta mandata que prohibet cor dis cogitatū. **V**el propter causam ſup̄ in fine ſecti mandati assignata. **N**orō quod ſubdit. **N**on ſeruū nō ancillam. et quod annectiē nono mādato ſcđm ordi nem exodi. et decimo ſez de nō cōcupiſcen do domū p̄otimi. ſcđm ordine deute. et ſpecialiter ad decimū p̄tiner mandatum. **O**rdinat tamē cum nono ſcđm dictū or dinē exodi. eo forte qđ ea que ibi enu merat ſunt res mobiles ſicut vtoz de qua eſt no num mandatum.

**W**nde ſumitur nu merus ſeu ſufficientia preceptorū legis.

**D**increſtat videre numerum et ſufficientia iſtor̄ decem p̄cep torum ſeu mandator̄ leḡ. **L**irca qđ nota qđ ſicut ſup̄a dicitū

# De decem preceptis ecclesie. 26

est/ler preceptoz posita est propter transgressionem. Transgressio autē in primo suo genere cōsum ad materiā presentē attingit/dupliciter habet fieri scz directe contra deū. vel directe contra proximū.

## De triplici modo

transgressionis cōtra deū. **N**ontra deū autē contingit directe trāsgressio fieri tripliciter. s. corde ore et ope. **C**orde autē fit contra deū transgressio. cum q̄s. s. a dō auerti⁹ p idolatriā vel h̄mōi qđ p primū preceptū seu mandatū prohibet in quo dicit. Non habebis deos alienos coram me. tē. **O**re fit contra deū trāsgressio per nomen scz suum mentiendo. blasphemādo. piurando. tē. **Q**uod p scđm preceptum seu mandatū prohibet. in quo dicit. Nō assumes nomē dei tui in vanū tē. **O**pere autē fit contra deūm trāsgressio. quando scilicet temp⁹ debito et ad dei cultū principaliter deputato fit opatio non licita/rl illi cultui seu illi temp⁹ nō cōueniēt. **N**ō per tertium preceptū seu mandatū prohibetur in quo dicit. **M**emēto ut diem sabba ti sacrificies. tē. **N**ontra proximū contingit directe transgressionē fieri dupliciter. **V**el omissione scilicet boni ad quod q̄s erga proximū tenet. **V**el illatione maliquid quis sibi inferre non deberet. **N**ontra primū. scilicet contra omissionē boni ad quod q̄s erga proximū tenet/ datur qr̄ tum pceptum seu mandatū quod est **H**onorā patrē tuū et matrē tuā. tē. **I**llatione vero mali contingit tripliciter contra proximū trāsgressionem fieri. s. opere ore et corde. **O**pere quidē duplicit. **V**el scilicet malū proximo inferendo in se ipso id est in sua propria psona. **Q**uod p quintū preceptū seu mandatū prohibet in quo dicit. Non occides. **V**el proximo inferendo in re sua. Et hoc iterum duplicit. **V**el scilicet in re sua sibi p legem coniuncta vt est v̄o. **Q**uod p sextum preceptū seu mandatum prohibet in quo dicit. Non mecha beris. **V**el in re sua nō sibi p legem cōiuncta sed omnino separata. qualia sunt bona fortuita. **Q**uod per septimum preceptū seu mandatū prohibet in quo dicit. Non sur sum facies. **O**refit cōtra proximū trāsgressio sibi mentiendo. fallendo. decipiendo. falsum testificando. **Q**uod p octauū preceptū seu mandatū prohibet in quo di

citur. **N**on loquaris cōtra proximū tuū falsum testimoniu. tē. **C**orde deniq̄ fit contra proximū trāsgressio dupliciter. **V**el scz cōsum ad cōcupiscentiā carnis. **C**ōtra quod datū est nonum pceptum seu mandatū. in quo dicit. Non desiderabis uxori p̄ rem. p̄imi tui. **V**el cōsum ad cōcupiscentiā oculorū. **N**ontra qđ datū est decimum et yltimum pceptum seu mandatum. in quo dicit. Non concupisces domū. p̄imi tui. non seruū non ancillam. tē.

## Qualiter per decē

pcepta legi omne peccatū mortale prohibet. **O**stremo notandum est qualiter in decalogo sit virtualiter et effe ctive ois peccati mortalis prohibitio. Prohiben̄ enī ibi septem capitalia pctā. **I**n p̄mo quippe pcepto seu mandato prohibet superbia. **I**pa etenim orōni. intimo debito q̄s cultui cōtrariaſ. **V**nde eccliaſt. p. Initū superbie hois apostatare a deo. **I**nuidia autem prohibet in quarto pcepto seu mandato. **I**bi enim vt a pte totū intelligat p̄cipitur vnicuiq̄ honorē debituū impēdere quod facere nō sinit inuidia. **I**ra autē prohibetur in quinto pcepto seu mandato. **I**bi enim pfecte intelligēdo prohibet occisio seu homicidiū omne q̄s nocumentū in psona proximi. ad que inducit ira. **I**luxuria vero tam corporis q̄s mentalis prohibet in sexto pcepto seu mandato et in nono. **I**bi enim prohibet mechia omnis q̄s illicitus cōcubitus. et etiā omnis illicita carnis cōcupiscentiā. **B**ula at que deseruit luxurie in eisdē duobus pceptis effectuāliter prohibetur. **S**icut enī in naturā nutritiā deseruit generatiue. ita i viciis gu la deseruit luxurie. **V**el scđm alios **B**ula in p̄mo mandato prohibetur. **B**ulosi enī vt cōmunius deū non colunt sed ventrē suū. **V**nde ad Phil. iii. Quoꝝ deus venter est. tē. **A**cedia vero in tertio pcepto seu mandate prohibetur. **I**bi enī p̄cipitur debita sabbati sanctificatio. qđ propriet p spūalem animi quietē in deum. feruente q̄s et diligentē laudē dei. **L**uius contrariū omnino efficit acedia. que in se ipsa quietē extra deum querēs/tabescit et a laude diuina torpet. **A**varicia tam realis seu exterior q̄s et iā mentalis prohibetur in septimo pcepto seu mandato.

# Compendiū theologie

et in decimo. Ibi enim phibetur furtum omnis q̄ rei alienae usurpatio indebita q̄ detentio. Et etiā omnis metālis honorū et rerum illicita cōcupiscentia.

## Quod effectuali-

ter in primo precepto phibet omne peccatum. Potest etiā et aliter dici. qz scz in primo p̄cepto seu mādato phibet nō tantū omne capitale peccatum. q̄netiā omne peccatum mortale. Vnde enim est pctm mortale cū homo plus vel eque aliquā creaturam diligit sicut deū. Quod plane in p̄cio precepto seu mādato qd̄ est deyno deo super omnia diligēdo et colendo phibet. et sic ex p̄sequenti omne mortale pctm in illo p̄cio precepto effectualiter censeatur phibitum

## Allius modus po-

nendi prohibitionē septē peccatorū mortaliū p̄ decem precepta legis.

**S**unt et alijs aliter imaginantes qui adhuc ampli ipsa septem peccata capitalia p̄ dicta decez legis precepta seu mādata phiberti cōcipiunt et ponunt. cōsiderando scz plenariā ipsoꝝ preceptoꝝ seu mādatoꝝ intentionē finē et effectū. Dicūt enī supbia phiberti p̄ primū preceptū. De phibitione supbie p̄ primū p̄ scdm p̄ tertiu p̄ q̄rtū. Etenim dicit uixtra quod supra tactū est supbia facit apostatare a deo. supbia proclivis est ad contēnendū blasphemandū q̄ nomē dei. Superbia nō se faciliter ad debitū sabbati sanctificationē deuotū q̄ cultū deo exhibendū disponit. Supbia nō libēter debitū patri et matri ac alijs q̄bus cōuenit honorē impendit. De prohibitiōe inuidie. Dicūt enī ut supra inuidia prohiberi p̄ quartū preceptū p̄ quintū p̄ octauū. Etenim inuidia nō faciliter ad debitū tam patri et matri q̄ alijs q̄bus p̄uenit honorē impendēdū aim inclinat. Inuidia sepe p̄ximū aio et interdū verbo necat. eius q̄ morte oportet et in ea exultat. Inuidia libet primo detrahit falsum q̄ de eo testimonii phibet. De phibitiōe ire. Ite dicunt. r̄c. p̄ scdm preceptū p̄ q̄ntū p̄ octauū. Etenim ira facilis est ad nomē dei in vanū sumendū et blasphemandū. Ira proclivis est ad occisionē seu lesionē p̄ximo in sua propa persona inferēdū. Ira etiam inclinata est ad p̄ximū ybis iniuriā

dū. et damnificandū. De phibitiōe duplicitis luxurie. Mer scz p̄ceptū nonū dicit phiberti duplicitē luxuriā. actualē scz et mentalē. Luxuria etenī put in nomen trāsit viciū capitalis dicit omnis illicit et indebitus actualis et cubitus. Dicūt etiā omnis illicita cōcupiscentia carnalis. De phibitiōe gule. Dicūt gulā phiberti p̄ primū p̄ceptū. p̄ tertiu. p̄ scdm. p̄ nonū. Mer primū quidē eo respectu quo supra declaratū est. Etenī gulosi ut coius deū nō debite colunt sed ventrē suū. Hula respectu tertij p̄cepti nō faciliter inclinat ad debite sanctificandū sabbatū. ea q̄ supportā dum. q̄ ad dictā sanctificatōem spectant. Mer scz p̄ceptū et nonū p̄ceptū eo respectu ut supra declaratū est prohiberi dicit q̄ luxuria cui deseruit. De prohibitiōne acedie. Dicūt acedia prohiberi p̄ tertiu p̄ceptū p̄ quartū. p̄ tertiu quidē eo respectu quo supra declaratū est. Respectu vero q̄ti p̄cepti. q̄ accidia q̄ de se negligēs incuria et torpes est. oīno impeditua et opposita videtur debite honoratōis prouisionis et sustentationis pentū. eoꝝ q̄ quib⁹ conuenit. De phibitione duplicitis avaricie. Duplicitē avaricia. exteriorē scz et mētalem dicit prohiberi p̄ primū p̄ceptū p̄ quartū p̄ septimū p̄ decimū. Etenim respectu primi p̄cepti avaricia. que iuxta dictū apli ad eph. v. p̄prie idoloꝝ seruit est. deū non debite colit. Respectu quarti p̄cepti manifestū est avariciā debite contrarii honorationi subuentioni et prouisioni pentū et alioꝝ et quib⁹ conuenit. Respectu vero septimi p̄cepti et decimi satisfacta est supra declaratio. Possent et alijs modis alijs q̄ respectib⁹ et rationib⁹ ipsa septē peccata capitalia p̄ dicta decem legis precepta et mādata prohibita dici et assignari. uixtra varios conceptus varias q̄ imaginationes hominū.

**C**Explicat secundus tractatus huius libelli q̄ est de expositione decem p̄ceptoꝝ seu mandatoꝝ legis.